

ea esse oblatum habe, et hunc amicitias tuas tyronem
quando id sponte aggressus es, inter tanti nominis tui cult
tores devotissimos admitti patere. Sicut Republicae
bono, quam administras, et Literaria quam ornas
травль авлазес, sanum sospitemque diu superesse
facit aeternus Deus. Hagae IV. Id. Junii. C1715CLXXII.

Joanni Wallis
Professori Matheseos
Saxoniae.

Amplissime ac Doctissime Vir.

(515).

Quando, felici postliminio, iterum hostes non sumus, quod
equidem nec fui unquam nec futurus sum, audeo absens
denuo tentare, quod praesens factitavi, et si per fataliteret
quodque non interfuit aequo, audacissime facerem, tuae
humanitati molestus esse. Invenem ecce, de Meijer,
non popularem neque gentilem meum, sed Bremae
honestissimam familiam natum. Is ante paucos dies Docto
ratus Theologici gradum multa cum laude Leidae adept
tus, vestramque et alias porro Academias et Bibliothecas
lustraturus, obviam petiit me juncto alicui ex doctissi
mus posse innotescere. Occurris itaque tu imprimis Wallis
celeberrime, qui quam prolixa voluntate sis erga exteros
me, qui loquor, reipsa docuisti. Scribe rogo tui gregis
hunc quodque, si me amas. Invenies hominem eruditum
et praeter majora studia Rei Musicae, et in flauicymbalo
quod vocamus peritum si qui unquam mire, modestum
Denique, et sibi longe minus, quam meretur, arrogan
tem, ejusmodi ingenia non posse non placere certum
est tibi tuo utique simillima. Vale Vir amicissime
nec unquam desines me credere

Tibi addictissimum

C. Hugoninum de Zulichem

23. Aprilis 1674.

J. Frederico
Bokelmanno.

Nobilissime atque Amplissime Vir.

(516).

De triplici munere, quo me tam amice cogis ornari, nam
Goverium tuum rogavi meo nomine gratias ut agat
tibi, quas ipse nequeo tanta humanitati pares. Patho
diola mea, quam tibi encomias libuit calamo tam
diserto, quam lingua feceras, denuo pudori a meo obtu
dere, patere solum hoc reponam, mea me tenuitatis
michi

miki consciam plane miki non adscribere; omnia autem
benevolentiae tuae, quam equidura omnium officiorum
genere mereri aliquando conabor. Non possum vir
lissime non invidere tibi tot illustrium hospitum
conventum, quem expectare te hodie vel crastino
lexi. Valeo nunc certe trium horarum spatio a te
visas esse, quotquot hic rei Musicae cultores vivunt
Nec desperamus tamen, quin tua facundia permoveri
possint tot amoenae ingenia, ut Hagae quoque aliquando
tam festum diem indulgeant. Vale vir eximie,
festinanter ista scribillanti ignosce, oculis praeter
somnia a comessati ducula Musica, cui
Sirenem nostram ad multam noctem vacavimus
Vale. 27. Apr. 1674.

Eidem.

Nobilissime atque amplissime vir.

(517)

Totum tibi triiduum dabo, quo non ullam gratiam
unquam miki obtigit, aut amoenius. Tantam
voluptate affecit trias ista peritissimorum Musica
inter quos nemo est, qui non eminere posset, nisi
pares audiretur. At eo in sua quisque arte potens
ac stupendus. Tu solus defuisti vir Nobilissimus
et male te desideratus es. qui prudentissimus omnium
Symphoniae Choragus, oratore quam maxime tunc
praesentia ejusmodi conventus sola regere etiam
ac moderari. Erit, spero, qua hanc plenissimam
nobis hilaritatem reducat dies; nam, vel te jubere
vel me rogante, videntur hi tanti Artifices non
agere aliquando ad nos redituri. quod ut quam
deijus fiat, et quidem frequentissime summo
cupio, praecipue vero ut per valetudinem tuam
liceat. Scrib: Hagae Com: 15. Maij 1674.

Eidem.

Prævenisti me ut soles vir nobilissime, et officium
quod debitoris erat, creditor occupasti. facis, inquam
pro more tuo, qui est, humanitate neminem non
prævenire. Ne quidem hic rubore perfudisti, qui
tibi chartulas ultro destinaveram, nescio quâ sorte
neglexi transmittere, donec ipse miki autem velle
quod certe factum nolim. Ecce igitur de aceruo
Musico, potissima quoque, et qua tibi maxime ad palam
fac

fac